



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 9. Quæstio, an doctrina ante Canones proponeretur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

& duntaxat Canones, atque anathemata promulgarentur, prout jam antea in Synodo circa quæstiones de peccato Originali, & de Sacramentis in genere, necnon de Baptismo factum fuisset: Verum Octavianus Preconius Panormitanus Archiepiscopus sese huic opinioni opposuit, asseruitque, quod non detrectetur doctrinæ Apostolicæ explicatio, minus vero hæreticorum metu disputationis alea declinetur; quacun- que enim ratione cum illis ageretur, hi nunquam suam pertinaciam essent deposituri, quapropter illorum sententia, qui rem eo, quo cæpta est, pede prosequendam censebant, prævaluit, atque inter Patres conventum, ut doctrinæ capita conficerentur.

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

§. IX.

Quæstio, an doctrina ante Canones proponeretur?

Rebus omnibus ita dispositis, paratisque articulis, qui condemnandi essent, die sexta Augusti conventus habebatur, in quo hi Canones Synodi Patribus sigillatim tradebantur, ut illos maturo examine discuterent: demum vero die undecima ejusdem Mensis cuncta in generali Congregatione proponebantur, ubi duæ duntaxat controversiæ sunt

Pallav. c. 1.
n. 6.

Sæcul. XVI. sunt exortæ, & quidem prima, de qua
 A.C. 1562. tamen nonnisi leviter disceptabatur, &
 rat hæc: an esset ante Canones appo-
 nenda aliqua doctrinæ ibidem conten-
 tæ declaratio: porro partem negantium
 Castanea sustinuit, hæc asserens: „id
 „adversatur consuetudini superiorum
 „omnium Synodorum, imitari ergo po-
 „tius oportet præcipue Synodum Apo-
 „stolorum, quibus satis fuit dicere: *U-*
 „*sum est Spiritui Sancto, & nobis: cum*
 „ita sapientes iudices agerent, qui re-
 „siones sententiis a se latis non appo-
 „nunt, porro id aptius etiam est ad
 „conservandam Concilii auctoritatem,
 „omnemque ansam oppugnatoribus am-
 „putandam; huiusmodi enim doctrinæ
 „declaratio videtur inutilis ad permo-
 „vendos hæreticos, eoquod inniteretur
 „traditionibus, quas illi aspernantur:
 „insuper eadem supervacanea catholi-
 „cis foret, qui recipiunt sine ulla
 „dubitatione cunctos Missæ ritus, ac sa-
 „tis persuasi sunt, ea omnia antiquitati,
 „& auctoritati conformari. Ad hanc
 sententiam accessere Episcopi Clodien-
 sis, & Stabiensis, seu Castellomarinus
 qui tamen, ut illam roboraret, subjun-
 xit: „Præter doctrinæ ibidem propu-
 „gnatæ antiquitatem, ac diuturnam il-
 „lius possessionem opus non est alio fun-
 „damento ad eam stabiliendam: „ alter
 vero

vero Episcopus testabatur, jam Julii III. Sæc. XVI.
A C. 1562.
ætate ejusmodi declarationem fuisse
cæptam, sed infausto successu, cum ab
hæreticis adversum illam multa objice-
rentur, ac vulgarentur, quibus ipsa e-
tiam Synodi decreta impugnabant. I-
dem pariter opinabatur Episcopus Quin-
queecclesiensis, asserens, quod cunctæ
hæ explicationes novis disputationibus
fomitentem præberent.

§. X.

*Opinio in hac contentione præ-
valens.*

Ex altera parte Callinus Archiepisco-
pus Jadrensis, Ruberius, & Blancus,
quorum primus Senogalliensis, alter
autem Auriensis Antistes, Joannes Ba-
ptista Osius Reatinus, & Alexander Sfor-
tia Parmensis, qui postea inter Purpu-
ratos eluxit, censebant, hisce Canonibus
succinctam aliquam explicationem esse
præmittendam, in qua illi duntaxat de-
clararentur, quin tamen in eis compro-
bandis, aut hæreticis convincendis infi-
steretur: at tertia demum prævaluit
illorum sententia, qui existimabant, ap-
ponendam esse in Sessionis fronte pro-
thematis dignitate quamdam doctrinæ
explicationem solidis argumentis sufful-
tam, ut per eam definitiones magis con-
firmatæ, & ea, quæ opponuntur, pla-

Hist. Eccles. Tom. XLV.

Q ne